

Prælati, nec non Rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac Presbyteri sæculares, & quorumvis Ordinum Regulares ad audiendas peccatorum confessiones quavis auctoritate deputati, tranſumptum præſentium litterarum penes ſe habeant, eaſque diligenter legere, & percipere ſtudeant.

§. 29. Volentes earundem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, Notari publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Iudicis ordinarii Romanæ Curie, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eandem proſus fidem in iudicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ.

§. 30. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathematiſationis, interdicti, innovationis, innodationis, declarationis, proteſtationis, ſublationis, revocationis, commiſſionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei aſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcentefimo ſeptuageſimo primo, ſeptimo Cal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

Die, Menſe, & anno, quibus ſuprà, ſupradicta bulla aſſixa fuit ad valvas Baſilicæ Apoſtolorum SS. Petri, & Pauli, S. Joan. Lateranenſis, S. Mariæ Majoris, & alia loca ſolita, & conſueſa Urbis per me Mattheum Bertarellum Sanctiſſi D. N. Papæ Curſ.

Pro D. Mag. Curſ. Egidius Felicius Curſ.

330 Reſp. III. Excommunicationes Bullæ Cænæ habent ſpecialia ſequentia. I. Quod ſunt latæ ſententiæ. II. Quod ſunt ſpecialiſſimè reſervatæ ſummo Pontifici, ita ut ab eis nullus quantumvis privilegiatus Regularis abſolvere poſſit, niſi in morſu articulo, neque Epicoſopus (niſi ſpeciali privilegio de novo muniat) III. Quod nullus contra eas, vel potiùs contra Bullam, quæ ſeruntur, valeat titulus, vel prætextus præſcriptionis, conſuetudinis quantumvis immemorialis, vel non receptionis, vel privilegii, vel dignitatis, uti partim ex ipſa Bulla §. 24. partim ex dictis ſuprà Tit. VII. de Heret. conſtat; ubi à num. 79. latè probavimus, contra Bullam Cænæ nil valere titulum non receptionis, vel conſuetudinis, aut præſcriptionis &c. ubi vide.

331 Inferunt, multos reverà hodie exiſtere, qui alicui ex prælatiſ Excommunicationibus de factò ſubjacent, cum multos eorum in uno vel alio per Bullam Cænæ ſub Excommunicatione prohibito delinquere, manifeſtum ſit. Inter quos utique ſunt Iudices, & Officiales laici, qui quavis ratione impediunt Iudices Eccleſiaſticos, quod cauſas Eccleſiaſticas debetè proſequi, vel juriſdictione ſua liberè uti non valeant: Item & illi, qui contra poteſtatem Eccleſiaſticam ad laicalem recurrunt, atque Officiales illis aſſiſtentes. Hæc enim, pròu dolor! paſſim practicari videmus, non obſtante, quod ſub Excommunicatione inevitabili prohibita ſunt in Bulla Cænæ §. 17. num. 14. 15. &c.

132 Neque excuſantur, quòd contra eos etiam notorios in Foro externo Eccleſiaſtico plerumque non procedatur, neque ut excommunicati denuntiantur, aut vitentur, quia per hoc minime relevantur, quin adhuc coram Deo & in conſcientia verè excommunicati exiſtant, & effectibus Excommunicationis ſuprà allegatis in Foro interno ſubjaceant,

Minis excuſantur, quòd ab eis, & aliis nonnullis hujusmodi Excommunicationes non curentur, ſed rideantur tantùm & contemnantur; veniet enim tempus, quo riſus eorum vertetur in ſetum, & ſtridorem dentium: Præterquam quòd interea etiam adhuc in hoc mundo præter ordinarios Excommunicationis effectus, ſpecialiter ob hujusmodi contemptum, vindictivam manum Dei teſte experientiâ multiplici & variâ ſentire debeant; quantumvis Iudices Eccleſiaſtici, vel ad evitanda majora mala, vel quia nemo eos accuſat, exceſſus ſub Excommunicatione prohibitos tolerant.

§. V.

De Excommunicatis vitandis, & Caſibus; in quibus vitari debent: ibi etiam de Excommunicatione minori.

S U M M A R I U M.

- 134 Excommunicati alii ſunt tolerati, alii vitandi: Et qui?
- 135 Hodie vitandi ſunt ſoli publicè denuntiatii & notorii percuſſores Clericorum.
- 136 Quinam dicuntur publici percuſſores Clericorum?
- 137 Juxta Concilium Baſilienſe omnes notorii excommunicati ſunt vitandi.
- 138 Cui contrarium prævalet Concilium Conſtantiense.
- 139 Fideles, quamvis non teneantur, tamen poſſunt vitare, & repellere quomvis excommunicatum præſentem notorium.
- 140 Excommunicati etiam tolerati teneantur, quantum poſſunt, communionem aliorum vitare.
- 141 Caſus, in quibus vitandos oportet vitare.
- 142 Inter quos eſt I. Collocutio aut diſcurſus etiam per litteras.
- 143 II. Oratio cum illis.
- 144 III. Auditio Miſſæ, ac Divinorum.
- 145 Quid Juris, ſi excommunicatus durante Miſſâ ingrediatur Eccleſiam. Ibid.
- 146 IV. Amica vel honorifica ſalutatio.
- 147 V. Quevis communicatio in politicis.
- 148 VI. Communicatio in menſa, cibo, & potu.
- 149 Abſque cauſa communicans in aliquo diſſorum, peccat, & Excommunicationem ſaltem Minorem, & ſubinde etiam Majorem incurrit.
- 150 Præſertim ſi communicat in crimine criminoſo. In crimine criminoſo communicare quid?
- 151 Dantur plures caſus, ob quos licet communicare cum excommunicatis vitandis, inter quos I. Eſt utilitas temporalis & ſpiritualis excommunicati, & excommunicantis.
- 152 II. Lex Matrimonii, vi cujus uxor cum viro excommunicato, & hic cum ea omnem habere poteſt communionem, uti præſus.
- 153 III. Eſt ſuſceptio, vi cujus liberi cum parentibus excommunicatis, & ſubditi cum Superioribus, ac reciprocè communicare valent.
- 154 IV. Eſt ignorantia tam Juris, quam Faci.
- 155 V. Eſt neceſſitas tam excommunicati, quam communicantis.
- 156 Excommunicatio Minor quid ſit?
- 157 Ejus Effectus, quòd ſine peccato mortali non poſſit recipere aliquod Sacramentum.
- 158 Quare dicitur Excommunicatio Minor? Non eſt reſervata, ſed poſſet in Foro interno abſolvi à quovis juriſdictionem abſolvendi à peccatis habente. Ibid.

Notandum

334 **N**Otandum præſus, quòd inter excommunicatos Excommunicatione Majori, alii ſunt, & dicuntur tolerati, ex eo, quia Eccleſia tolerat ac permittit, quòd illos nullus Fidelium vitare, ſed cum eis ſicut cum aliis tam in divinis, quam humanis, ac politicis communionem ac commercium liberè habere valeant; ipſis excommunicatis toleratis nihilominus manentibus obligatis, ut præter alios effectus ſuprà enumeratos, quantum in ipſis eſt, communionem Fidelium tam in divinis, quam politicis vitent, eisque ultrò ſe non ingerant, ſi ad id ab ipſis Fidelibus requirantur, prout magis patebit ex dicendis infra num. 142. Alii excommunicati ſunt, & dicuntur vitandi, ex eo, quòd non tantùm ipſimet teneantur vitare omnem communionem ſeu communicationem cum aliis Fidelibus, ſed hi quoque teneantur vitare communionem talium excommunicatorum juxta dicenda infra num. 149.

335 **Q**uæritur I. Quinam Excommunicati? in quibus? & qualiter ſint vitandi? Reſp. Quomvis olim Jure antiquo omnes excommunicati Excommunicatione Majori publici quidem, ſeu notorii publicè oculi verò occultè fuerint vitandi ab omnibus Fidelibus, arg. c. Cum non ab homine. 14. h. t. tamen hodie poſt Concilium Conſtantiense circa annum 1414. celebratum, ex mandato Martini V. nullus ex quacunque & tandem cauſa excommunicatus, à Fidelibus neceſſario vitandus eſt, niſi ut excommunicatus ſpecialiter & nominatim quoad perſonam à Judice Eccleſiaſtico publicè ſit denuntiatus, vel niſi ſit notorius percuſſor Clerici, ac propterea Excommunicationi Canonis, Si quis ſuadente diabolo ſubjectus. Communis ac certa patetque ex Conſtitutione Martini V. quæ incipit, Ad vitandum.

336 **U**bi notandum, tunc aliquem eſſe, & dici notorium percuſſorem Clerici, quando factum illius adeò manifeſtè, & notoriè conſtat, ut non poſſit aliquâ tergiverſatione celari, nec aliquo Juris ſuſfragio excuſari, prout loquitur Pontifex in citata Bulla. Unde ſi percuſſio Clerici adhuc eſt occulta, vel ita conſtituta, quòd vel plerè probari non poſſit, ſed celari, vel ex aliqua cauſa excuſari, ut ſi percuſſor probabilitè offendant, ſe ex joco duntaxat, vel inadvertentià percuſſiſſe Clericum, vel ignoràſſe, illum eſſe Clericum; talis percuſſor non erit vitandus, prout communiter advertunt Doctores.

337 **E**t quomvis Felinus in c. Rudolphus. de reſcriptis. num. 39. & Covarruvias p. 1. §. 2. num. 79. cum Navarro velint etiam poſt Concilium Conſtantiense hodie adhuc vitandos non tantùm publicè denuntiatos, ſed & alios quoque excommunicatos notorios, id eſt, quos Excommunicationem Majorem incurriſſe ita notoriè conſtat, ut nullâ tergiverſatione celari, nullogue Juris medio excuſari valeat, eò quòd ita expreſſè ſtatutum habeatur à Concilio Baſilienſi ſeſſ. 22. circa finem, quòd Concilium tanquam poſterius Concilio Conſtantiensi in hoc derogare, & conſequenter ſervandum eſſe, voluit citati Doctores ex eo, quia lex poſterior derogat priori, c. 1. de Conſtit. in 6. & l. Sed & poſterior. 28. ff. de Legib.

338 **T**amen Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. cap. 4. n. 1. Suarez de Cenſuris. diſp. 9. ſeſt. 2. num. 5. cum communioni & probabiliſ aliorum volunt non obſtante Concilio Baſilienti ſervandum in hoc paſſu eſſe Concilium Conſtantiense, & Bullam Martini V. Ad vitandum, conſequenter procedere Conſultationem numer. 135. poſitam, Ratio eſt: Tum quia Concilium Baſilienſe tanquam acephalum reprobatum eſt ab Eugenio IV. & licet in paucis

Decretis, Beneficiorum collationes, diſpenſationes, & abſolutiones à Cenſuris concernentibus, tamen non quoad reliqua univerſaliter ſunt confirmatum: Tum etiam quia Bulla Martini V. conſuetudine, quæ eſt optima Legum interpretis, ſunt jam recepta, & confirmata, prout ſpecialiter videndum eſt in partibus Septentrionalibus, ubi licet Hæretici quantumvis notorie ſciantur excommunicati, ſicut & alii quantumvis notorii excommunicati non vitantur, niſi vel publicè denuntiatii, vel publici percuſſores Clericorum exiſtant: ut proin Concilio Baſilienſi, eſi quid roboris ad præſens ex ſe haberet, jam derogatum fuiſſet per conſuetudinem contrariam legitime præſcriptam, c. fin. de conſuetud.

339 **I**llud tamen cum Layman uti ſuprà num. 2. §. Tertium. Pithing h. 1. num. 115. & aliis notandum, quòd etſi reliqui Fideles nullum quantumvis notorium excommunicatum vitare teneantur, niſi ſit publicè denuntiatius, vel notorius percuſſor Clerici, poſſint tamen pro libito, & favore ſuo vitare talem excommunicatum; conſequenter Superiori, cujus Excommunicatio notoria eſt, obedientiam negare, Judicem, Advocatum, Rectorem, Procuratorem, Teſtem accuſare, aut repellere, ſi notoriè conſtat, eos Excommunicationem incurriſſe. Ratio eſt quia per Bullam Martini V. proſus nullus favor ipſis excommunicatis factus eſt, ſed cæteris Fidelibus dantaxat, quatenus ſi velint, cum excommunicatis hujusmodi notoriis communionem habere poſſint; quo favore uti non teneantur, arg. l. Invito. 69. ff. de R. J. ne quod in gratiam ipſorum conceſſum eſt, in eorum retorqueatur diſpendium, c. Quod in gratiam 61. de Reg. Jur. in 6.

340 **U**terius notandum, quòd etſi cæteris Fidelibus permiſſum ſit, communicationem habere cum excommunicatis toleratis, ſi tamen nihilominus tam in divinis, quam in politicis communionem Fidelium, quantum poſſunt, vitare teneantur, ita ut eiſdem ultrò ſe ingerere non valeant, niſi ab eis requirantur, eò quòd Martini V. per ſuam Bullam ſolis reliquis Fidelibus, minime verò excommunicatis in aliquo favore, vel eos in aliquo relevare, ſed eos ſicut vitandos cunctis Excommunicationis Majoris effectibus ſapra enumeratis ſubjectos remanere intendit; prout liquet ex verbis Bullæ, quibus in fine expreſſè proteſtatur; quòd per hoc non intendat, excommunicatos in aliquo relevare, nec eis quomodolibet ſuſfragari.

341 **R**ep. II. Caſus, in quibus vitari debent publicè & nominatim denuntiatii, ac notorii percuſſores Clericorum, ſeu vitandi excommunicati, compendioſè comprehendantur ſequenti vericulo, qui vericulosus & cauſa diſtinctus, ac poſitum probantur ex om. Excommunicatos. 17. cau. 11. §. 3. ubi expreſſè prohibetur, ut nullus cum excommunicatis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet, nec ave eis dicat &c.

342 **O**s, orare, vale, communio, menſa negatur. Ubi per Os intelligitur collocutio & diſcurſus cum excommunicato, etſi per litteras, interruptum, vel aſia ſigna fiat. Similiter ratione hujus particule prohibentur oſcula, amplexus, & alia hujusmodi ſigna amicitie, nec non receptio numerum. Bonacina Tom. I. Diſp. 2. de Excommunicato. pun. 6. cap. 2. & alii.

343 **P**er Orare, prohibetur omnis communio in ſacris, aut divinis; puta in orationibus, Proceſſionibus, Miſſis, & aliis Divinis Officiis. Hinc non licet Fideiſis orare cum excommunicatis vitandis

(bene verò licet privatim orare pro ipsis per dicta supra) vel Missam audire, nec hanc celebrare coram ipsis.

- 144 Quod si Missa jam inchoata Ecclesiam ingrediatur Missam auditurum excommunicatus vitandus, moneri potest & debet, ut exeat; si verò monitus exire recusat, novam Excommunicationem Papæ reservatam incurrit, *Clem. 2. h. 1.* potestque per vim expelli. Si autem nec hæc via, forsitan ob potentiam ejus ab Ecclesia expelli poterit, erant Officia divina, præsertim verò Missa omittenda; dammodò Sacerdos nondum venerit ad Canonem, vel, ut alii volunt, ad Consecrationem; tunc enim oporteret eum pergere usque ad Sumptionem, ne Sacrificium maneat incompletum. Peracta tamen Sumptione calicis Sacerdos debet dicere, ac reliqua peragere in Sacrificia, vel penitus omittere, si talis locus non adit. Verùm reliqui Fideles, excepto ministro Altaris, statim ut appareat, excommunicatum monitum nec velle egredi, nec posse expelli ab Ecclesia, debent dicere, quia alioquin participarent in Divinis cum excommunicato, sicque peccarent & Excommunicationem saltem Minorem ipsimet incurrerent per dicenda infra n. 165. Bonacina loc. cit. punct. 3. §. 1. n. 3. Herinx Disp. 6. de Conjur. p. 6. n. 23. Sannig. d. f. 2. de Excomm. q. 2. n. 8. & alii.
- 145 Per Vale prohibetur omnis honorifica vel etiam amica salutatio, etiam signis & gestu facta.
- 146 Per ly Communio quævis conversatio, & communicatio politica in contractibus, judiciis, laboribus, exercitiis &c. nullatenus siquidem licitum est cum excommunicato inire contractum, stare cum ipso in Judicio, collaborare, aut idem opus facere cum illo.
- 147 Tandem per ly Mensa communicatio in conviviis, in cibo & potu: nec enim licitum est comedere & bibere cum excommunicato vitando, etiam si cum aliis sit in eadem domo, Collegio, convictu, Monasterio.
- 148 Resp. III. Quicumque absque causa rationabili exculante communicat in aliquo ex dictis casibus cum excommunicato vitando, peccat, & Excommunicationem incurrit, hac cum distinctione, quòd, si communicatio sit notabilis, & in Divinis saltem publicè celebratis, peccet mortaliter; si verò est in politicis, venialiter. Navarrus Manual. cap. 17. num. 29. Bonacina lo. cit. punct. 6. nu. 5. cum Comuni aliorum. Et si quis à Papa per sententiam nominatim est excommunicatus, ac publicè denunciatus, communicans cum eo Clericus incurrit Excommunicationem Majorem, Laicus verò Minorem. Sylvester v. Excommunicatio. 5. nu. 22. Barbosa in c. Significavit. 18. h. 1. n. 2. & ibi Gonzalez n. 4. arg. cit. c. Significavit. juncto can. excommunicatus cau. 11. q. 3.
- 149 Porro si quis cum excommunicato communicat in Crimine criminioso, id est, si quis cooperatur crimini & contumaciae, propter quod lata est Excommunicatio in aliquem, præbendo eidem auxilium, consilium, aut favorem, præter peccatum mortale incurrit etiam Excommunicationem Majorem juxta Communionem, eò quòd facientem & consentientem par poena constringat, c. Nuper. 29. & c. Quod in dubio 30. h. 1.
- 150 Queritur II. An, & quæ sint causæ, & quas à peccato, & Excommunicatione excusatur is, qui cum excommunicato vitando communicat? Resp. I. Omnino dari causas, ob quas abique reatu culpæ & censuræ licet communicare cum excommunicatis etiam vitandis, prout plures hujusmodi causæ specificantur can. Quoniam multos. 103. cau. 11. q. 3. quæ sequenti verticulo communiter exprimi solent.

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.
 Prima itaque causa per ly Utile denotata est 151
 Utilitas tum temporalis, tum spiritualis tam excommunicati, quam communicantis: sic enim propter utilitatem spirituales excommunicati licet eum verbis, & facto exhortari ad ejus conversionem, & respicientiam, atque cum illo conversari de illis, quæ pertinent ad absolutionem, textu expresso c. Cum voluntate. 54. prin. h. 1. & propter utilitatem communicantis licet ab eo debitum exigere, c. Si verè. 34. h. 1. eumque convenire in judicio, c. Intelleximus. 7. de Judiciis; vel ab eodem Medico, Advocato, aut aliis experto medicinam, vel consilium petere, quod non adfit aliis, qui æque utiliter consulere potest. Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. num. 16. Bonacina ubi supra q. 2. pun. 6. §. 2. à num. 9. Sylvester v. excommunicatio. n. 4. Avila de Conjuris Disp. 11. n. 2.

Secunda causa per ly Lex indicata est 152
 Maritimi, vi cuius potest uxor cum viro excommunicato denuntiatione communicationem habere uti prius quoad thorum, & cohabitationem in exigendo & reddendo debito, in colloquiis familiaribus, in mensa, in gubernatione domus, cit. can. Quoniam multos. 103. cau. 11. q. 3. juncto c. Inter alia. 31. h. 1. quod idem licet excommunicato marito respectu uxoris, arg. cit. c. Inter alia, ubi officio excommunicato licita est communicatio cum socio, quam prius habebat in contractu Societatis. Accedit: Tum quia in correlativis dispositum de uno, censetur dispositum de altero, ubi eadem de utroque est ratio, ut ad præsens, ubi animæ periculum, & utilitas domestica, ob quod uxori permessa est communicatio, in marito æque procedit, ac in uxore. Layman. loc. cit. Navarrus cap. 27. nu. 27. Sylvester ubi supra cum communi.

Tertia causa per ly Humile intimata est 153
 subjectio, ratione cujus liberi cum parentibus excommunicatis, servi & subditi cum Dominis, vel Superioribus suis, milites cum Ducibus belli communicare non prohibentur, arg. cit. can. Quoniam multos. cau. 11. q. 3. Sicut econtra excommunicati parentes, Domini, Superiores cum liberis &c. communicare possunt; cum ratio, ob quam his conceditur communicatio, evitatio videlicet periculi animarum, etiam in his militet. Doctores n. præced. citati.

Quarta causa per ly res ignorata, indigita est 154
 ignorantia tam Juris, quam facti, quæ qui vel ignorat, aliquem esse excommunicatum, vel id scit quidem, ignorat tamen, eam propterea esse vitandum, dummodò ignorantia crassa non sit, c. fin. de Constitut. in 6. Layman loc. cit. n. 16. v. Quartò. Pirhing. h. 1. n. 118.

Quinta causa per ly Necessè indicata est 154
 necessitas quæcumque notabilis, sive se teneat ex parte excommunicati vitandi, sive ex parte communicantis, vel alterius, sique necessitas animæ, corporis, vel famæ, vel fortunæ; idque sive necessitas proveniat ex violentia, vel metu gravi injustè incusso, sive aliunde ex defectu subditorum vitæ, victus, vestitus, medicinæ, consilii, auxilii necessarii &c. can. Quoriam. 103. c. Inter alia. 31. &c. Si verè. 34. h. 1. Layman loc. cit. n. 16. v. Utinam. Suarez de Conjur. disp. 15. sect. 3. num. 8. Hinc potest ab excommunicato eleemolyna peti & accipi, quando quis indiget; potest etiam cum illo communicari in loco, ubi adhuc est bonæ famæ, si alioquin foret infamandus, potest insuper ab eo aliquod peti necessarium consilium, vel auxilium, si aliunde haberi non potest.

Queritur III. Quid sit? quem effectum habeat? & quando incurratur Excommunicatio Minor? Resp.

Resp. I. Quævis Excommunicatio Minor olim fuerit varia, adeò ut subinde aliqua privarit solà communione hominum; alia perceptione solius Eucharistia; alia perceptione Sacramentorum omnium, prout patet ex variis Canonibus. can. 11. q. 3. hodie tamen sola postrema viget, indeque bene definitur, quòd sit Censura Ecclesiastica privata solummodo seu perceptione Sacramentorum quorumcumque. Est in re communis & certa, c. A nobis. 2. de Except. & c. Si quem. 59. h. 1. & c. Si celebrat. de Clerico Excommunicato, ubi de excommunicato Excommunicatione Minori habetur, quòd non videatur à collatione sed participatione Sacramentorum (quæ in sola consistit perceptione) remotus.

157 Hinc patet ad secundam Quæstionem, videlicet effectum p. incipalem, & directum Excommunicationis minoris in hoc solo consistere, quòd quis licet nullam recipere possit Sacramentum, adeò, ut graviter peccet, si hac Excommunicatione innodatus aliquid recipiat, textu claro, c. fin. de Clerico excomm. ministr. & ibi Doctores.

158 Cæterum dicitur Excommunicatio hæc Minor, non quòd sit in se quid leve, sed respectu Majoris: Tum quia illa minores habet effectus, quam ista, & hæc non nisi propter peccatum mortale, illa verò subinde etiam ob peccatum veniale incurritur per dicta Superioris; Tum etiam quia Excommunicatio Minor nunquam est reservata, indeque à proprio excommunicati Parocho, vel alio habente jurisdictionem absolventi eum à peccatis absolvi in Foro interno potest excommunicatus, c. Nuper. 29. h. 1. In Foro externo autem is absolvi, qui ad id Jurisdictionem habet.

§. VI.
 De Suspensione.
 S U M M A R I U M.

- 159 Suspendio quid?
- 160 Datur etiam in perpetuum; sed tunc potius est Depositio verbalis.
- 161 Suspendio alia est lata, alia ferenda sententia.
- 162 Alia à Beneficio, alia ab Officio; alia ab utroque simul; alia partialis, alia totalis.
- 163 Solum Clerici propriè suspendi possunt.
- 164 Superioris Monialium suspendi quid est? quid ab Officio suo; tamen hæc non est propriè Suspendio.
- 165 Non solum personæ particulares, sed etiam integræ Communitates suspendi possunt.
- 166 Si integra Communitas suspenditur per statutum, vel sententiam, non censentur comprehensi Episcopi, vel alii Superiores Prælati.
- 167 Suspendio à Beneficio, non hoc ipso inducit Suspensionem ab Officio.
- 168 Nec eocoura: Et num. seq.
- 170 N si ex culpa Suspendio esset perpetua.
- 171 Nominè Suspendio absolutæ & simpliciterpositæ intelligitur Suspendio totalis ab Officio & Beneficio.
- 172 Suspendio ferri potest non tantum per modum Censuræ, sed etiam per modum poenæ ob præteritam culpam.
- 173 An, & quando prærequiratur monitio prævia?
- 174 Effectus Suspendionis quoniam?
- 175 Actum Suspendione prohibentem exercens, an & quando incurrat Irregularitatem?
- 176 Actus Suspendione prohibentis an & quomodo valeant?
- 177 Suspendio ad tempus lata, cessat tempore illo elapso.
- 178 Lata per modum Censuræ tollitur per absolutionem.
- 179 Lata per modum poenæ tollitur dispensatione.

quæ prohibetur Minister Ecclesiæ ab aliquo actu Ecclesiastico aliis sibi competente. Ita in re communis Doctorum. Ubi ly Censura ponitur loco generis, reliqua verò loco differentia: quævis Solutus in 4. dist. 25. quæst. 1. addat ly, & hoc ad tempus ut sic clarius feceratur Suspendio à Depositione verbali, quæ privat ministerio actuum Ecclesiasticorum in perpetuum, & abique spe restitutionis.

Nec obstat, quòd detur etiam Suspendio in perpetuum, juxta Glossam in Clem. n. Capientes de Poen. v. Suspendi. & Doctores passim. Resp. enim cum Laymano lib. 1. tr. 5. part. 3. cap. 5. num. 1. allegante Navarrum, Panormitanum, & alios, si Suspendio in perpetuum, & sine spe restitutionis sit totalis, videlicet ab omni Officio & Beneficio, eam in effectu censendam esse Depositionem. Nam Depositionis poena cum suspensione magnam similitudinem gerit. ac proinde in sacris Canonibus hæc duæ poenæ interdum permiscuè usurpantur.

Resp. II. Suspendio variè dividitur, ut bene notat 161
 Glossa citata, & communis Doctorum. Nam primò alia est lata sententiæ, quæ scilicet ipso Jure infligitur Delinquenti: alia ferenda sententiæ, quæ primùm per sententiam Judicis ob delictum imponitur.

Secundò, Suspendio alia est ab Officio, alia à 162
 Beneficio; quarum utraque dividitur in totalem, & partialem; & alia ab Officio & Beneficio simul. Suspendio ab Officio dicitur ea, quæ prohibetur exercitio Ordinum, vel aliarum functionum, quæ alias ratione Ordinis aut muneris, seu officii Ecclesiastici incumbunt. Suspendio à Beneficio est, quæ fructus sui Beneficii Clericus administrare & percipere prohibetur. Hæc utraque dicitur totalis, si quis ab omni prioris officio, vel perceptione omnium fructuum suspenditur. Partialis verò, quando unus spiritualis actus Ordinis aut muneris Ecclesiastici cuiusdam prohibetur, aut pars tantum aliqua fructuum Beneficialium subtrahitur. Layman lib. 1. tr. 5. p. 3. cap. 1. n. 2. Pirhing. h. 1. n. 193.

Queritur II. In quem possit cadere Censura 163
 Suspendionis? Resp. I. Omnes & soli Clerici, præter Papam, possunt incurrere Censuram Suspendionis, unde hæc est propria Clericorum, & quæ Laicis non competit, quævis Excommunicatio, & Interdictum sint Censuræ Clericis & Laicis communes. Layman. ubi supra. Palao Tract. 29. disp. 4. punct. 1. n. 1. arg. c. In Ecclesia. 2. de Insti.

Existimat quidem Layman loc. cit. cap. 1. num. 1. 164
 post Henriquez, non improbabilius etiam in Abbatissam, Priorissam, & alias in juremodi præfectas Monialium posse cadere Censuram Suspendionis ab officio. Verum tamen hæc potius est Suspendio ab officio suæ economiæ ejusque actibus, quam ab actibus Ecclesiasticis, ratione ordinis Clericalis cuiusdam competentibus, utpote cum ea sit incapax omnis Ordinis Clericalis, tum veræ Jurisdictionis Ecclesiasticæ.

Resp. II. Non solum personæ singulares, sed 165
 etiam integra Communitas Clericorum, v. g. Capitulum Censuram Suspendionis incurrere potest. Ita Pirhing. de Sentent. Excommunicat. num. 206. cum aliis, id probans ex c. Quia sæpè de Elect. in 6. ubi tum totum Capituli corpus, tum singuli Capitulares, qui bona Prælati defuncti occuparunt, vel diriperunt ab Officiis & Beneficiis Ecclesiasticis suspenduntur.

Resp. III. Nihilominus generali statuto vel sen- 166
 tentiâ Suspendionis, aut Interdicti non comprehenduntur Episcopi, & alii Superiores Prælati, nisi de ipsis Episcopis expressè mentio habeatur. Ita statutum legitur c. Quia periculum, de Sentent. excom.

159 Queritur I. Quid, & quomplex sit Suspendio? Resp. I. Suspendio est censura Ecclesiastica,

excommun. in 6. idque propter executionem Pontificalis officii, quod frequenter incumbit, ut ibid. dicitur, simulque ob prerogativam dignitatis Episcopalis.

167 Queritur III. An Suspendio ab officio includat Suspensionem à Beneficio, & econtrà? Resp. I. certum est, quod Suspendio à Beneficio non hoc ipso inducat Suspensionem ab officio, nisi bene notat Glossa in c. Cùm Virtoniensis. 25. de Election. v. Admiserant.

168 Resp. II. Etiam Suspensionem ab officio per se loquendo non includere Suspensionem à Beneficio. Layman cum communi aliorum. Abbas ibid. nu. 6. Ratio est, quia Censura Suspensionis, tanquam poena ob delictum proprium inflicta, est strictè interpretationis. arg. c. Odiâ restringi. de Jur. in 6. si mulque in poenis benignior est interpretatio faciendâ; juxta Reg. 49. Jur. in 6. Idem patet ex c. Inter sollicitudines. de Purgat. canon. ibi: Licet Ecclesiastica Constitutio tales ab officio tantùm doceat suspendendos. Adde c. A crapula. de Vita & honestat. Cleric. ubi textus loquitur alternativè, ab Officio vel Beneficio; & consequenter suspensus ab officio, non per hoc est suspensus à Beneficio, aliàs superflue adderetur secunda, si includeretur sub prima, ut notat Glossa in Clement. de Penit.

169 Nec obstat, quod Beneficium detur propter Officium. c. Relatum. 4. de Cleric. non resident. consequenter si quis suspensus est ab officio, suspensus etiam sit à Beneficio. Respond. enim, quod Beneficio semel canonicè obtento, non eo ipso quis amittat fructus Beneficii, si ad tempus peragere nequeat Officium eidem annexum, prout patet in Clerico ægotante, vel inhabili reddito, c. 1. & c. 3. de Recloribus, & de Clerico ægotante.

170 Dixi notanter, per se loquendo. Nam si suspensio ab officio esset perpetua, & in effectu depositio, tunc totaliter suspensus ab officio, saltem per semetipsum esset privandus Beneficio: Nam cùm Beneficium Ecclesiasticum detur propter Officium, c. fin. de Rescript. in 6. Si quis ex propria culpa in perpetuum officio priveret, merito etiam propter annexionem Beneficium amittere debet; ita tamen, ut Depositus saltem alimenta ab Ecclesia recipiat, ne in opprobrium Ordinis Clericalis mendicare cogatur.

171 Illud tamen cum Laymano loc. cit. nu. 2. Suarez loc. cit. disp. 25. sect. 2. num. 9. Palao loc. cit. punct. 1. num. 3. cum communi aliorum notandum, quod si absolute, ac sine limitatione Suspendio imponatur, neque ex adjunctis limitatio aliqua colligi possit, an sit à Beneficio vel Officio, eam censendam esse omnino totalem, & ab utroque. Ratio est; quia propositio indefinita æquipollet universali: simulque tunc non est ratio, cur potius de uno quàm de altero lata intelligatur; & ita intelligenda depositio c. Cùm bona. 3. de Etate & qualitat. c. Clement. 1. §. Quibus, de Privileg.

172 Queritur IV. An Suspendio possit ferri non solum per modum Censuræ propriè dictæ, sed etiam per modum pœnæ, atque ob culpam merè præteritam? Resp. affirmativè, prout bene notat Panormitanus in c. Reprehensibilis, de Appellat. num. 3. Layman loc. cit. cap. 3. n. 3. cum aliis, quos citat.

173 Et quidem si Suspendio feratur ob contumaciam, seu per modum Censuræ propriè dictæ, requiritur ad eam canonica monitio. Quod tamen intellige de Suspensione faciendâ à Judice; secus, si ea à Canone jam sit lata, vel imposita, arg. c. Reprehensibilis, de Appellat. & notat ibidem Panormitanus n. 5. Quod si verò feratur Suspendio in poenam delicti, non est opus prævia monitione, arg. c. Tumulitatis, de Testib. ubi Papa sine monitione imposuit poenam Suspensionis, & notat Abbas loc. cit. Navarrius c. 27. Manual. nu. 159. allegans Communem: plura de Monitione vide supra §. 1. a. n. 21.

174 Queritur V. Quis sit effectus Suspensionis? Respond. I. Effectum ipsius esse privare suspensum actibus, vel exercitio, seu usu omnis vel aliquis potestatis, seu Juris, aliàs ratione officii sibi competentis, prout patet ex definitione Suspensionis supra num. 160. datâ. Solum hic notandum, quod hæc actuum privatio sit strictè interpretanda, ita ut Suspendus specialiter ab uno duntaxat Ordine, possit actus alterius Ordinis exercere. Suspendus Episcopus ab Ordinatione, non sit suspensus à Consecratione &c. Ratio patet ex dictis n. 167.

175 Respond. II. Si suspensus ab Officio actum Suspensionis sibi interdictum culpabiliter exercet, contrahit Irregularitatem. c. 1. de Sentent. & rejudicat. At verò suspensus à Beneficio, si ejusdem administrationi se ingerat, & fructus percipiat, non efficitur irregularis; perdit tamen Beneficium ipso Jure, arg. cap. Cupientes §. Ceterum de Elect. in 6. Pirhing h. t. n. 209. Engel h. t. n. 78.

176 Ceterum Ordinis, & alii actus per Suspensionem prohibiti, sunt validi exceptâ Electione, c. Cùm dilectus, de Consuetud. c. Cùm inter 16. de Election. & c. Cùm bona. 8. de Etate & qualitat. & Et exceptis actibus Jurisdictionis; hinc absolutio Sacramentalis, quam absolute Suspendus impetitur, invalida est, nisi ob Suspensionem occultam, sit error communis, ob quem Ecclesia jurisdictionem supplet, prout alibi dicitur, arg. c. Infantis. 1. cau. 3. q. 8. L. Barbarius. 3. ff. de Officio Prælat.

177 Queritur VI. Quibus modis tollatur Suspendio? Respond. I. Suspendio imposita ad certum tempus, v. g. ad triennium, vel sub conditione, v. g. donec restituat, tempore elapso, vel impleta conditione, per se ipsum cessat absque alia Superioris absolutione. Ita Navarrius loc. cit. n. 161. citans Glossam in Clement. 1. de Decimis. v. Donec, cui simili Glossa habetur in c. Quia sæpe, de Election. in 6. v. Donec. estque communis Doctorum.

178 Respond. II. Perabsolutionem tollitur ea Suspendio, quæ est Censura propriè dicta, propter contumaciam inflicta, eâ Lege tacitâ vel expressâ, ut tunc & non antea absolutio danda sit, quàm si à contumacia recedatur Ita Layman loc. cit. cap. 4. ubi pluribus explicat, quanam & à quibus Suspensionibus possint absolvere; de qua & aliarum Censurarum absolutione etiam notagens in sequentibus.

179 Respond. III. Insuper tollitur Suspendio per relaxationem five dispensationem, si ea lata fuit propter peccatum præteritum ut pura poena; five dein ea lata sit in perpetuum, five ad certum tempus, & istud necdum sit elapsum. Layman loc. cit.

§. VII.

De Interdicto.

180 Interdum in sensu Civili.

181 Et in sensu Canonico quid?

182 Ejus definitio.

183 Interdictum aliud est locale; Idque vel generale, vel particulare.

184 Aliud particulare; idque rursus vel generale, vel particulare.

185 Aliud mixtum.

186 Interdicto populo non censetur interdictus Clericus; & econtra.

187 Sub generali Interdicto Cleri non veniunt Religiosi utriusque Sexus.

188 Nec Episcopi, nec Prælati, nec Canonici Cathedralis, sed solum inferiores Clerici.

189 Sub Interdicto generali populi, vel Cleri aliquis loci non censetur interdictus Ecclesia, vel alia loca sacra talis loci.

190 Sub

§. VII. De Interdicto.

190 Sub Interdicto Civitatis comprehenduntur etiam Suburbia.

191 Sub Interdicto Ecclesiæ comprehenduntur etiam Capella, ac Cæmeteria contigua: non item separata. Contiguam quid? Ibid.

192 Differentia aliqua inter generale, & particulare Interdictum locale.

193 Interdicto Cæmeterio vel polluto non censetur interdicta vel polluta Ecclesia.

194 Interdicta Civitate, vel Diocesi censetur etiam interdicta Cathedralis.

195 Solvitur objectio.

196 Ad servandum Interdictum locale, tenentur omnes etiam Regulares incolæ & extranei.

197 Qui causam dederunt Interdicto locali in quovis etiam interdicto loco prohibentur celebrare, & audire Divina.

198 Interdicti effectus principaliter sunt tres.

199 I. Est privatio quorundam non omnium Sacramentorum, & quidem in specie Sacramentum Baptismi dari potest omnibus etiam adultis tempore Interdicti.

200 Sicut & Sacramentum Confirmationis, exceptis specialiter interdictis.

201 Item etiam Sacramentum Penitentiae exceptis nonnullis casibus.

202 Non item Sacramentum Eucharistiæ, nec extreme Unctionis, nec Ordinis.

203 Nisi in periculo mortis, & simul necessitatis.

204 II. Effectus Interdicti est privatio Divinorum Officiorum;

205 Qui tamen multum limitatus est hodie.

206 Ita, ut Missæ, & alia Divina tempore Interdicti generalis quotidie celebrari valeant. dum modo fiat non pulsatis campanis: Et num. seq.

208 Submissâ voce,

209 Januis clausis.

210 Et personaliter interdici, & qui Interdicto oculum dæcentur, excluduntur.

211 In Festis Paschatis, Pentecostes, Assumptionis B. V. Mariæ, & Corporis Christi Interdictum censetur suspendum.

212 III. Effectus Interdicti est privatio sepulture Ecclesiasticæ.

213 Limitatur tamen dictus effectus, & quomodo? num. præced. & seq.

215 Si quis in loco Interdicto sepeliatur, non est amplius exhumandus.

216 Violans Interdictum, peccat graviter.

217 Clericus violans Interdictum incurrit varias pœnas: Et quidem I. Exdit irregularis.

218 II. Suspenditur ab Officio, & Beneficio.

219 Non tamen ipso facto.

220 Privatur voce activâ & passivâ eligendi.

221 III. Perdit privilegia sepulture tempore Interdicti.

222 IV. Regulares non servantes Interdictum sunt etiam excommunicati.

223 Regulares non tantum servare, sed etiam publicare tenentur Interdicta ab Ordinariis lata.

224 Salvis tamen eorum Privilegiis.

225 Laici non servantes Interdictum, & alios non servare facientes peccant graviter, & sunt excommunicati.

180 Queritur I. Quid? & quotuplex sit Interdictum? Ante responsum notandum, non agi hic de Interdicto quantum est de Jure Civili, quod olim aliud non erat, quàm formata quedam & solemnem conceptio verborum, quibus præter aliqd fieri jubebat, vel prohibebat. Differebat autem Interdictum ab actione, quia solemnitas actionum erat indicta de Jure Civili, Interdictum autem de Jure Prætorio. Sic dicitur Interdictum, ne

quid fiat in loco publico: Interdictum, quod vii auclam: Interdictum vii possidentis; & alia hujusmodi, de quibus Vocabularium v. Interdictum.

Sed agitur de Interdicto, quantum est de Jure Canonico; in quo sensu sumitur pro Censura Ecclesiastica, per quam Fidelibus interdicitur, seu prohibetur aliquid ad cultum Divinum spectans, videlicet, participatio quorundam Sacramentorum, divinorum Officiorum, & sepulture Ecclesiasticæ. Siquidem hi tres effectus sunt introducti, de quibus in progressu. Hinc ad quesitum

Respond. I. Interdictum in sensu Canonico acceptum communiter definitur, quod sit Censura Ecclesiastica, quæ homo arceat à participatione quorundam Sacramentorum, ab omnibus Officiis divinis, & ab Ecclesiastica sepultura. Est in re communis; patetque ex c. Non est. 11. de Sponfal. & Matrim. c. Quod in te. de Penitent. & Remission. Addunt nonnulli hæc verba, quatenus hæc ad divinum cultum spectant: ut sic clarius distinguatur Interdictum ab Excommunicatione, quæ quidem privat hominem omnibus prædictis bonis sed non sub eadem ratione formali, id est, non quatenus sunt res sacræ, sed quatenus habent rationem communicationis, cum aliis. Doctor noster subtilis q. dist. 21. q. 1. describit Interdictum dicendo, quod sit arctatio à quibusdam actibus Ecclesiasticis exercendis, vel ab assistendo quibusdam talibus. His prænotatis.

Respond. II. Interdictum primò sui divisione dividitur in locale, personale, & mixtum. Interdictum locale dicitur illud, quod directè fertur in locum, quatenus in eo interdicitur seu prohibetur fieri & audiri Missæ, divina Officia, & hujusmodi. Et tale Interdictum indirectè tantum afficit personas, dum scilicet sunt in tali loco vel Ecclesia Interdicta: unde illæ personæ poterunt alibi Divinis in officio, Sacramenta recipere, ac sepeliri in loco sacro, arg. c. Si sententia. de Sentent. excomm. in 6. Porro hujusmodi Interdictum locale aliud est generale, quo videlicet interdicitur locus varia sub le loca complectens v. g. Regnum, Provincia, Civitas. Aliud particulare, quo interdicitur particularis aliqua Ecclesia.

Interdictum personale est, quod immédiate & directè fertur in personam, per quod videlicet persona arceat à participazione quorundam Sacramentorum, divinorum Officiorum, sepulture Ecclesiasticæ in quocunque loco. Siquidem hujusmodi Interdictum sequitur personam, quocunque itit, sicut umbra comitatur corpus, & lepra leprosum, arg. cit. c. Si sententia. §. Cùm verò. de Sentent. excomm. in 6. Ubi additur, quod si populus aliquis terter Interdicto noteat, singulares personæ interdici censentur, ne alioquin sententia esse daretur. Porro sicut locale, ita & personale Interdictum aliud est generale quo videlicet totus populus aliquis loci, districtus, Civitatis &c. vel integra aliqua Universitas, Collegium, Capitulum, Convventus interdicitur. Aliud particulare, quo scilicet una duntaxat, vel plures personæ interdiciuntur.

Interdictum tandem mixtum est, quo simul lo-

cus & personæ talis loci interdiciuntur. Unde Interdictum mixtum includit locale & personale simul.

Queritur II. Quenam sub Interdicto generaliter lato continentur? & quanam obigentur ad illud? Respond. I. Hoc dubium pluribus resolvitur in c. Si sententia. c. Si civitas. de Sentent. excomm. in 6. juxta Glossâ ibid. Et quidem loquendo in primis de Interdicto personali, si, nisi aliud sit expressum in eo, sententia Interdicti feratur in Clerum, non censetur interdictus populus, nec econtra interdictio populo censetur Clerus interdictus. Unde uno iporum interdico, alius licet admittitur ad Divina, ut expressè habetur cit. c. Si sententia. 16. de Sentent. excomm. in 6.

Siqui-

Siquidem in materia poenali, qualis haec est, verba sunt strictè interpretanda, c. Odis, de R. J. in 6. Ceteri n interdicto populo censentur omnes illius loci habitatores, etiam in Suburbis existentibus, quantumvis innocentes & absentes comprehendi, aded ut nulli nec in suo, nec alio loco audire possint Divina &c. cit. c. Si sententia, 16. de Sentent. excomm. in 6. ibi: Cum aliquis terra populis interdicatur, singulares ex eo persone, quas interdictas esse constat, non debent alicubi (casibus expressis in Jure duntaxat exceptis) audire Divina, vel Ecclesiastica recipere Sacramenta. Concordat c. Si civitas, 17. eod.

187 Porro sub generali Interdicto Cleri non comprehenduntur Religiosi utriusque sexus: nam et in materia favorabili nomine Cleri intelligantur etiam Religiosi utriusque sexus; secus tamen est in materia odiosa, prout latè probabimus Lib. III. Tit. I. De vita & honestat. Cleric. à n. 19.

188 Pariter sub generali interdicto Cleri non comprehenduntur Episcopi, nisi de eis expressa fiat mentio, juxta c. Quia periculosum, de Sentent. excomm. in 6. Imò nec alii Praelati Ecclesiastici, nec etiam Canonici Cathedralis, sed soli inferiores Clerici saeculares, quia hi soli nomine Cleri veniunt in materia odiosa, prout amplius dictum est Lib. III. Tit. I. à n. 14.

189 Illud etiam circa Interdictum generale populi vel Cleri notandum, quòd per illud non censentur interdictae Ecclesiae, vel loca sacra talis loci, ut proin, sicut in eis Divina celebrare, vel audire non possint singulares persone inter dicti populi, vel Cleri; tamen alii non interdicti Clerici, v. g. peregrini Divina ibidem celebrare, & alii non interdicti audire possunt, Navarros Manual. cap. 27. nu. 167. Palao Tract. 29. disp. 5. puncl. 2. §. 2. n. 11. Glossa in c. Si sententia, 16. de Sentent. excomm. in 6. y. In Clerum, & ibi Barbosa. Ratio est; quia nulli in Jure expressum reperitur, quòd sub Interdicto generali personali etiam locale comprehendatur.

190 Resp. II. Loquendo verò de Interdicto locali, sciendum ex c. Si civitas, eod. in 6. quòd interdicta Civitate, Castro, aut Villa, etiam eorum Suburbia, & continentia aedificia eo ipso intelligantur interdicta. Idèd autem hic fit ampla & latior interpretatio, ne caeteroquin Interdicti sententia vilipendatur, si possent in praedictorum Suburbis Divina celebrari; cum incolae ad eadem absque labore excurrentes Interdicti vim passim eluderent, expressè dicitur cit. c. Si Civitas, 17. de Sentent. excomm. in 6.

191 Et ob eandem rationem, si Ecclesia sit Interdicto subjecta, nec in ejus Capella celebrari, nec in Coemeterio ipsius eidem Ecclesiae contiguo poterit sepeliri: secus si contigua non existant. Ita subiungitur cit. c. Si Civitas 17. de Sentent. excomm. in 6. Porro contigua dicuntur ea, quorum extrema invicem se contingunt, ut ait Glossa ibid. sive quando inter parietem Ecclesiae, & ipsam Capellam vel Coemeteriam nihil aliud interponitur. Pirhing. h. t. n. 25. post Barbosam.

192 Unde colligis differentiam inter Interdictum locale generale, v. g. totius Civitatis, & inter particulare, v. g. unius Ecclesiae, quòd in posteriori casu solum censentur interdicta quae sunt Ecclesiae contigua modo explicato: in priori verò casu omnia loca continentia, & non tantum contigua. Quae autem censentur continentia aedificia, Judicis arbitrio est relinquendum, ut notat Glossa ibid. x. Continentia.

193 Econtra verò Interdicto, vel polluto Coemeterio non censentur interdicta vel polluta Ecclesia. Communis Doctorum, c. unic. de Consecrat. Eccles. in 6. Siquidem accessorium naturam sequi congrui principalis, ut habet Regul. 41. Jur. in 6. non tamen econtra principale afficitur vitio accessorii.

Respond. III. Si interdicitur Civitas, vel Decesis, censetur etiam interdicta Ecclesia Cathedralis ibidem existens. Suarez de Conjuris Disp. 32. sect. 2. n. 21. Palao ubi supra §. 1. n. 3. Et q. contra Covarruviam in c. Alma mater. p. 2. §. l. n. 4. & probatur arg. c. Si civitas, 17. de Sentent. excomm. in 6. ubi expressè habetur, quòd interdicta Civitate omnia loca ibidem interdicta censentur, cum aliàs facile eluderetur Interdictum talis Civitatis, celebrando nempe, & audiendo Divina in Ecclesia Cathedrali.

Nec in contrarium probat aliud c. Quamvis, 4. 195 de Præbend. ubi habetur, quòd in odiosis nomine Ecclesiae non veniat Ecclesia Cathedralis. Nam contra est: Tum quia ad praesens non est quaestio, utrum interdictis Ecclesiis, interdicta etiam censentur Cathedralis Ecclesia, consequenter utrum nomine Ecclesiae, veniat etiam Cathedralis; sed utrum interdicta Civitate vel Dioecesi censentur etiam interdicta Ecclesia Cathedralis: Tum quia dispositio dicti c. Quamvis, 4. de Præbend. in materia Beneficiali duntaxat, non item in aliis, Ecclesiam Cathedrali ad nomine Ecclesiarum Civitatis, vel Dioecesis eximere intendit, uti clarè patet ex ipso textu cit. c. Quamvis, ibi: Quamvis sub nomine Ecclesiarum Civitatis, & Dioecesis comprehendatur aliàs Ecclesia Cathedralis; ut proin hujus Capituli dispositio potius pro, quam contra Conclusionem n. 204. positam militet.

Respond. IV. Ad Interdictum locale tam generale, 196 quam particulare fervendum graviter tenentur omnes incolae, & extranei, non tantum saeculares, sed etiam Regulares tam exempti, quam non exempti; nisi speciali privilegio super eo muniti existant. Communis & certa textu expresso c. Auctoritate, 4. de Privileg. in 6. & c. Licet, 11. eod. Ratio est; quia per Interdictum locale privatio Divinorum affixa est loco interdicto respectu cujusvis persone.

Porro circa Interdictum locale specialiter notandum, quòd illi, qui causam Interdicti dederunt, non tantum in loco interdicto, sed etiam in quovis alio loco prohibeantur celebrare & audire Divina, prout cum Sylvestro v. Interdictum 2. num. 7. docent Suarez de Conjuris. disp. 37. sect. 1. num. 15. Barbosa in c. Si sententia, 16. de Sentent. excomm. in 6. num. 3. & alii, arg. cit. c. Si sententia, ubi illis tantum incolis loci interdicti conceditur audire Divina in alio non interdicto loco, qui causam non dederunt Interdicti; ergo à sensu contrario illis, qui dederunt causam, non conceditur.

Quæritur III. Qui sint effectus Interdicti, & 198 quomodo eisdem intelligendi? Resp. I. Effectus Interdicti esse tres, qui in ejus definitione jam ponuntur; & sunt privatio participationis quorundam Sacramentorum, prohibitio officiorum Divinorum, & privatio Ecclesiastica sepultura.

I. Igitur effectus Interdicti est privatio quorundam Sacramentorum. Et notatur additur, quorundam; quia tempore Interdicti non prohibetur administratio, & receptio omnium Sacramentorum, sed aliquorum tantum. Nam imprimis Baptismi, & Confirmationis Sacramentum non tantum parvulis, sed etiam adultis, propter morae periculum licet tempore Interdicti administratur, c. Quoniam, de Excomm. in 6.

Pariter etiam Sacramentorum Confirmationis parvulis & adultis tempore Interdicti localis & personalis generaliter facti consueta cum solemnitate dari, ac propterea etiam Christa in Cena Domini confici potest, textu expresso cit. c. Quoniam, 19. de Sentent. excomm. in 6. Specialiter tamen interdictis, sicut & illis, qui generali Interdicto causam dederunt, Sacramentum confirmationis dari non potest, uti cum Bonacina benè observat Suarez disp. 32. sect. 2. n. 9. c. Alma mater.

Insuper

201 Insuper etiam Sacramentum Poenitentiae non tantum mortuorum, sed etiam sanis (nisi sint excommunicati, vel nisi causam dederint Interdicto, ac necdum satisfacti) neque idoneam de satisfaciendo cautionem praestent) ritè tunc administratur, c. Alma mater de Sentent. excomm. in 6. Insuper tunc moribundis Sacramentum Eucharistiae pro modum Viatici dari potest, c. Quod in te. de Pœnit. & Remission.

202 Igitur tempore Interdicti denegatur sanis Eucharistia Sacramentum, ut notat Glossa communiter recepta in cit. c. Alma v. Administratur; quia circa hoc Sacramentum Eucharistiae sanis administrandum nulla reperitur nova concessio, sicque standum est antiquitati. Insuper denegatur tunc Sacramentum extremæ Unctionis, cit. c. Quod in te. de Pœnitent. & Remission. ibi: Per generale Interdictum denegatur omnibus tam Unctio, quam Ecclesiastica sepultura. Idem dic de Sacramento Ordinis, quod conferri prohibetur personis interdictis, aut in loco interdicto. Tandem prohibetur Benedictio nuptialis? quamvis Matrimonium siæcè licetè contrahatur tempore Interdicti, & ab interdictis, ut post Innocentium notat Sylvester v. Interdictum, num. 19. & alii.

203 Notatur tamen nam præcedit dicitur Sanis; quia constitutus in probabili periculo mortis, ex infirmitate, difficiliis partus, condemnationis, imminentiis praesidi, aut alia simili causa proveniente Sacramentum Eucharistiae licetè administratur, textu expresso c. Quod in te. de Pœnitent. & Remission. & c. Permittimus, 57. h. t. Imò infirmo aliud Sacramentum recipere non amplius valenti, etiam extremam Unctionem dari posse putant Pirhing h. t. num. 234. Palao Tract. 29. disp. 5. puncl. 4. §. 1. num. 20. arg. cit. c. Quod in te. de Pœnitent. & Remission. Sacramentum Ordinis quoque Clericis specialiter non interdictis conferri posse casu magne necessitatis, & penurie Sacerdotum, voluit Sylvester, v. Interdictum, 5. n. 9. Pirhing. h. t. num. 235. & alii.

II. Effectus Interdicti est privatio divinorum Officiorum, c. Permittimus, 57. h. t. & c. Si sententia, 56. eod. in 6. ubi per divina Officia intelliguntur functiones, & actiones spirituales, quae primò ac per se annexae sunt Ordini sacro, & quae ex institutione Christi & Ecclesiae à solis Clericis exercentur, uti in specie sunt Sacrificium Missae, solennes Benedictiones templi, fontis Baptismalis, aquae benedictae, Cinerum, Palmarum, Candelarum, Orationes & Litaniae cum solemnibus Processione; item quaevis publica, & sollemnis oratio praesertim horarum Canoniarum; quae tamen privatim dici debent ab iis, qui aliàs ad illas tenentur, etiam Interdicti sint.

205 Quibus tamen divinis Officiis non annumerantur Concionones, quae etiam tempore Interdicti in Ecclesia haberi posse, censet Navarros Manual. cap. 27. num. 175. Suarez de Conjuris. disp. 34. sect. 3. à num. 1. eo quòd hæc non ad Deum orandum, & precandum, sed ad populum instruendum, ut à vitis abstineat, Deo & Ecclesiae obediat &c. ordinentur.

206 Notandum tamen, quòd hic secundus effectus, videlicet privatio divinorum Officiorum quoad Interdictum generale (non item particulare) satis fuerit moderatus à Jure novo c. Permittimus, 57. h. t. & c. Alma mater. Eodem in 6. aded ut vigore cit. c. Permittimus, hodie tempore Interdicti possint temè in septimana Missam celebrare causa conficiendi SS. Corporis Christi pro infirmis.

207 Vigore c. Alma mater. h. t. in 6. autem possint tempore Interdicti generalis in Ecclesiis & Monasteriis quotidie celebrari Missae, & alia Officia divina, sicut extra tempus Interdicti fieri poterant; dummodò quatuor sequentes serventur conditiones; videlicet primò, ut id fiat non pulsatis campanis, Reiffenstuel Jus Can. Tom. V.

panis. Pro convocacione populi, nec pulsatis tintinnabulis ad Sanctus, & elevationem S. Hostiae. Quo non obstante campanas ad Concionem habendam, & ad salutationem Anglicam, sicut etiam, dum Viaticum portatur ad infirmos, pulsari posse, sicut & tintinnabula, putant Sylvester. v. Interdictum, 5. n. 7. Suarez loc. cit. sect. 2. num. 19. Covarruvias in c. Alma mater. p. 2. §. 4. num. 5. & alii; eò quòd hæc nomine divinorum Officiorum non veniant.

Secunda conditio est, ut Missæ & alia divina Officia fiant jubmissa voce, id est, absque organo, solenni cantu &c. ut il, qui extra Ecclesiam sunt, nil de iis audiant.

Tercia conditio est, ut fiat januis clausis; quatenus, etsi fideles ad Missam, aliaque Divina convenire, Ecclesiam ingredi, & ibidem divina Officia audire valeant, extra tamen exiitentes videre nequeant, quòd ibidem agatur, arg. Clem. 1. de Sentent. Excommunicationis.

Quarta conditio est, ut personaliter Interdicti, & ii, qui Interdicto generali causam dederunt, excludantur, & ad audienda Divina nullatenus admittantur, ita de concessione celebrandi Divina sub quatuor his conditionibus expressè statutum habetur in cit. c. Alma mater. h. t. in 6. ubi lege.

Eodem c. Alma mater ulterius dispositum invenitur, quòd in quatuor Festivitatibus Natalis Domini, Paschatis, Pentecostes, & Assumptionis B. V. Mariae à primis Vespere usque ad Completorium Festivitates inclusive Interdictum ita maneat suspensum, ut Missæ Sacrificium & alia Divina omni cum solemnitate celebrari valeant. Ita tamen, ut nihil minus exclusi maneat Excommunicati, persona inter verò Interdicti & qui Interdicto generali causam dederunt, intrare quidem, & Divina audire, Altari verò appropinquare non valeant faciendo oblationem. Quae Interdicti suspensio à Martino V. & Eugenio IV. fuit extensa ad Festum & octavam Octavam Corporis Christi, teste Pirhing h. t. n. 246.

III. Effectus Interdicti est privatio sepulturae Ecclesiasticae. Et hic effectus sic intelligendus est, ut imprimis in loco sacro Interdicto nullus quantumvis innocens, nec infans, nec amens possit sepeliri, c. Quod in te. de Pœnitent. & Remission. nisi habeat privilegium, quale datur (ut alios privilegia taceam) omnibus Clericis, qui personaliter Interdicti non sunt, & Interdicti locali causam non dederunt, ac tempore Interdicti generalis illud servaverunt; hi enim cum silentio, id est, absque campanae pulsatione, divino Officio, & aliis consuetis solemnitatibus in loco sacro etiam Interdicto sepeliri valent, c. Quod in te. de Pœnitent. & Remission. cujus dispositio licet loquatur de Interdicto generali, speciale tamen excludere non videtur, uti in cit. c. Quod in te. notat Abbas nu. 10. Sylvester loc. cit. num. 10. & alii.

Porro tempore Interdicti localis generalis (secus etiam in personali, vel si alicuius terrae populus Interdicto notetur; nam etiam tunc singulares personae censentur Interdictae, ne aliquin sententia effectus careat) possunt homines illius loci, qui personaliter interdicti non sunt, extra illum locum esse ferri, & in alio sacro non interdicto sepeliri, arg. c. Si sententia, de Sentent. excomm. in 6.

Quin imò si quis sepultus fuerit extra locum sacrum tempore Interdicti, cessante Interdicto in locum sacrum est transferendus, si id commode fieri possit, ut post Glossam in c. Anobis, il. 2. de Sentent. excomm. in 6. v. Format, notat Navarros cap. 27. Manual. n. 176. Pirhing h. t. num. 241.

Si autem contingat contra prohibitionem Juris aliquem Interdictum sepeliri in loco sacro, non erit

erit is extrahendus; quia hoc non habetur statutum Gloſſa *cit.* & Engel *h. t. num. 96.* Quamvis ſeculis ſit dicendum de *excommunicatis*, quippe qui in loco ſacro ſepulti debent exhumiari, *c. Sacris. de Sepult.* Nam hæc pœna non eſt extendenda ad alium caſum Jure non expræſſa. Simulque *Excommunicatio* privat communione Fidelium, non verò *Interdictum*.

216 Quæritur IV. Qualis eſt & ſub quibus poenis ſit obligatio ſervandi *Interdictum*? Reſp. I. *Interdictum* ſervandi eſt obligatio gravis, adeò ut illud violare ex genere ſuo ſit peccatum grave. Communis & certa Doctorem. Ratio eſt; quia *Interdictum* violantes, præceptum Eccleſiæ in gravi materia violant, conſequenter mortaliter peccant, per ea quæ de obligatione Legum diximus *Lib. I. Tit. II. de Conſtitut.*

217 Reſpond. II. Perſonæ Eccleſiaſticae tam Regulares, quam ſæculares *Interdictum* violantes, præter culpam mortalem, varias incurrunť pœnas. Patet inductione. Nam primò contrahunt Irregularitatem, textu expreſſo: *Is qui. 18. §. ſi & c. Is cui. 20. h. t. in 6.*

218 Secundò incurrunť Sufpenſionem ab Officio, Beneficio, & Jurisdicçãoe, *c. Tanta eſt. 18. de Exceſſib. Prælat.* ubi Summarium ſic habet: *Non ſervans Interdictum ſuſpenſus eſt ab Officio, & Beneficio, & omni Jurisdicçãoe.* Gloſſa *ibid. v. Irregularitas.* & Abbas *n. 1.* Suarez ubi ſuprà *ſect. 4. num. 16.* Layman *lib. 1. tr. 5. p. 4. cap. 3. n. 3.* cum aliis volentes, hanc pœnam ipſo factò incurrere omnes cujuſcunque *Interdicti* violatores.

219 Gonzalez econtrà in *cit. c. ſi. de Exceſſib. Prælat. num. 2.* cum Bonacina, & aliis ſatis probabiliter docet, violantes *Interdictum* ordinariè non ipſo Jure eſſe ſuſpenſos ab Officio & Beneficio, ſed ſuſpendendos primò; *arg. deſumpto ex ſecunda parte cit. c. ſi. ubi primò ſuſpendi jubeuntur violatores Interdicti.* Nec obſtare videtur, quòd Epilcopi *Interdictum* violantis ſententia & alia acta ibidem declarantur irrita; quia ſpecialis ratio erat de illo Epilcopo, utpote qui non ſolum ut *Interdictum* illa faceret, fed etiam alios ad violandum *Interdictum* Sedis Apoſtolicæ inducere, & compellere præſumpſit.

220 Tertio privantur Jure paſſivæ & activæ Electio- nis, ita ut nec eligere valeant. *c. Is qui. h. t. in 6.* nec ipſi eligi, aut poſtulari. *c. 1. de Poſtulat. Prælat.* Layman. *loc. cit.* Sylveſter *v. Interdictum. 6. q. 2.*

221 Quarto perdit ipſo factò privilegium, ipſis aliàs de Jure. *Quod in te. de Penitent. & Remiſſion. & c. Is cui. h. t. in 6.* competens, vi cujus tempore *Interdicti* ſepeliri poſſunt in loco ſacro, per dicta *n. 223.*

222 Quintò Religioſi etiam exempti non obſervantes *Interdictum* generale locale, quod ab Eccleſia Cathedrali, & Parochiali obſervari vident, præter memoratas pœnas incurrunť Excommunicationem *Clement. 1. h. t. ubi additur, idem intelligendum eſſe de Ceſſatione in Divinis.*

223 Porrò Religioſi etiam exempti non ſolum ſervare, ſed & publicare tenentur *Interdictum* & alias Cenſuras ab Epilcopo latas, quando Epilcopus id mandat, *Concilium Trident. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 12. ibi: Cenſura, & Interdictum necdum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Epilcopo à Regularibus in eorum Eccleſiis publicentur, & ſerventur.*

224 Hæc autem & præſata de Religioſis intellige, ſalvis eorum Privilegiis circa *Interdictum*, de quibus vide Compendium Privilegiorum, & etiam noſtrum Auguſtinum Mattheucium in ſuo libro intitulo *Officialis Curia. v. Interdictum. cap. XX.*

225 Reſpond. II. Quamvis contra Laicos *Interdictum* violantes pœna ſpecialis in Jure non reperiantur ſtatuta, tamen illud certum eſt, quòd Laici quicuque præſertim Domini temporales, & Officia-

les ipſorum, qui Clericos quomodolibet compellunt, aut cogunt, ut in loco *interdicto* Miſſas, vel alia Divina publice & ſolemniſter celebrent: Item qui pulſatis campanis, vel voce Præconis, vel alio modo alios præſertim Excommunicationis vel *Interdicti* ſententiã ſpecialiter innodatos, ad Divina audienda evocant, aut convocant: Item qui eodem nominatim Excommunicatos, vel *Interdictos*, ne ad Clericorum monitionem de Eccleſiis tempore Divinorum exeant, impedire præſumunt; aut implet Excommunicati, vel *Interdicti* ad monitionem exire reculant, vel Divinis violenter ſe ingerunt, graviffimè peccant, & Excommunicationem Papæ ſervatam ipſo factò incurrant, prout ſerè in terminis expreſſe ſtatutum habetur *Clement. Gravi. 2. h. t. quæ digna eſt lectu, tenetque cum communi ac certa aliorum Suarez de Cenſuris. diſp. 22. ſect. 4. n. 27. Pirthing. h. t. n. 245.*

§. VIII.

De Judice Cenſurarum, & de Abſolutione ab eisdem; præſertim ab Excommunicatione: ubi etiam quædam de poteſtate abſolvendi à Cenſuris, ac aliis tam refervatis, quam non refervatis peccatis competentem Regularibus.

SUMMARIUM.

226 Solus Eccleſiaſticus, minimè verò Laicus eſt Judex Cenſurarum, earumque valore, vel nullitatem cognoscere, & declarare valeat.

227 Laici in cauſa Cenſurarum partes Judicis aſſumentes ſunt ipſo factò excommunicati.

228 Et quidem in ſpecie I. Qui publice Cenſuratum faciunt adeſſe Divinis.

229 II. Qui Cenſuras nullas declarare præſumunt.

230 III. Vel Judicem Eccleſiaſticum impediunt, ne per Cenſuram latam, vel ſerendam alios ad recuſum compellat.

231 IV. Qui illos vexant, in quorum favore Cenſura lata ſunt, vel ſervi volunt.

232 V. Qui contra Cenſuras recurrunt ad poteſtatem ſecularem.

233 VI. Qui ita recurrentibus aſſiſtunt.

234 VII. Vel qui ad recurrentium præbent conſilium favore, auxilium.

235 Nec excuſantur ſi aliquid horum faciunt ſub prætextu nullitatis, niſi hæc ſi manifeſta, vel notoria.

236 Neque excuſantur, ſi faciunt ſub prætextu violentiæ prohibendæ.

237 Doctrina præctica, quàm multi hodie ſunt excommunicati.

238 Nihil eos juvante prætextu non receptæ, vel conſuetudine abrogatæ Bullæ Cænæ.

239 Cauſa ſuſuſ de hac materia loquendi.

240 Excommunicatio major etiam præſtità ſatisfacçãoe non tollitur ſine abſolutione.

241 Niſi Author ita velit.

242 Si Excommunicatio lata eſt ab homine per ſententiam ſpecialem, abſolvere ab illa poteſt eſt ſolus, qui eam tulit.

243 Et ejus Succellor.

244 Ac Superior obtinens plenam jurisdicçãoem in Authorem Cenſuræ, qualis non eſt Archiepiſcopus reſpectu Epilcopi.

245 Quid operetur appellatio à Cenſura comminata & lata?

246 Ab Excommunicatione lata à Jure vel homine per Decretum aut ſententiam generalem ſine reſervatione abſolvere per utroque Foro poteſt ſubditum ſuum Superior.

247 Et pro interno etiam Parochus, & quivis Confeſſarius; non item pro Foro externo.

248 Abſolutus à ſimplici Confeſſario pro Foro interno, quid poſſit in Foro externo?

249 Quis abſolvat ab Excommunicatione refervata.

250 Quis poſſit abſolvere à ſuſpenſione, & Interdicto? Et tribus num. ſ. 99.

254 De poteſtate abſolvendi à Cenſuris, & aliis coſibus refervatis competente Epilcopis, Regularibus, & aliis Confeſſariis. Remiſſivè.

255 Regulares vi Privilegiorum poſſunt abſolvere ab omniſibus Cenſuris Papæ refervatis: exceptis contentis in Bulla Cænæ: & ab his etiam ſuos ſubditos.

256 Extra Italiam poſſunt etiam abſolvere Excommunicatos ab perreſſionem Clerici, & alios per *Clementem VII. pro Italia refervatos.*

257 Vi Privilegiorum non poſſunt Regulares abſolvere à Cenſuris ab homine per ſententiam ſpecialem latas.

258 Abſolutio Cenſurarum per Regulares non relevat in Foro externo.

259 Semel approbatus ab Ordinario poteſt vel ex privilegio, vel ſaltem ex tacito conſenſu in quavis Diœceſi abſolvere, ſi eſt in itinere, & non in loco ubi Epilcopus exiſtit.

260 Vi Privilegiorum Regulares non poſſunt abſolvere Religioſos alterius Ordinis.

261 Niſi tales Religioſi conſentientes ſpecialè ad id habeant Privilegium, ut Dominicani, quando ſunt in itinere.

262 Quod idem omnibus aliis Religioſis competere volunt aliqui.

263 In Ordine noſtro non niſi in neceſſitatibus, & mortis articulo licet aliis conſiteri extra Ordinem: quæ talis articulus eſſe cenſetur neceſſitas celebrandi. Doctrina præctica de Collectoribus. *ibid.*

264 Præter cauſas refervatas à *Clemente VIII.* poſſunt poſſunt Regulares in Capitulo Generali, vel Provinciali adhuc refervare.

265 Quæ obligatio conſendi caſus refervatos, vel licentia in confeſſione omittendi ſit, caſu quo in abſentia habentis poteſtatem abſolvendi quis alteri conſtituit.

266 Abſolutio à Cenſuris dicitur poſſe variè & abſolute, conditionatè, ad cautelam, cum coincidentia &c.

267 Abſolutio à Cenſuris dicitur poſſe & extra Confeſſionem: etiam abſentis, & invito: & quomodo?

268 Si publice datur.

269 In nullo Foro abſolvi poteſt Cenſuratus: niſi prius ſatis fecerit pariti leſe: & quomodo?

270 Doctrina præctica ad propoſitum.

226 Quæritur I. Quis ſit Judex Cenſurarum, ad hoc ut de illarum juſtitia, vel injuſtitia, & valore, vel nullitate judicare, conſequenter Cenſuratos præſertim excommunicatos à Cenſura & effectibus illius immunos, & deobligatos declarare valeat? Reſpond. I. Hujusmodi Judicem eſſe ſolum Superiorem Eccleſiaſticum, nullatenus autem aliquem quocunque tandem Dignitate fulgentem Laicum. Ita unanimis & certa Ratio patet, quia Cenſuræ ex natura & eſſentia ſua ſunt pœnæ & materie ſpirituales ac Eccleſiaſticae à ſola Eccleſia conſtitutæ, juxta omnes; in materia autem ſpirituali ſolum Eccleſiaſticum, nullatenus autem Laicum aliquem poſſe eſſe Judicem, concors omnium doctrina eſt, ob clara Jura *c. 2. de Judicis*, ubi univerſaliter & abſolute dicitur: *Prohibemus, ut Laici Eccleſiaſtica negotia tractare non præſumant, c. Tuam de Heretic. in 6. an. 1. can. Denique 5. can. Si Imperator Conſultus eſt. 11. diſt. 95. cum Concordantiis: & amplius iam dictum habetur *Lib. II. Tit. I. §. III. in 66. Reiffenſuel Jus Can. Tom. V.**

Quibus accedit manifeſta Decilio Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. de Reform. cap. 3.* ubi ad propoſitum in ſpecie expreſſe declaratur, quòd, utrùm Excommunicatio aliqua ritè lata ſit, non ad ſæculares, ſed ad Eccleſiaſticos cognitio pertinet. Quare Reſpond. II. Domini ſæculares quocunque, 227 eorum Officiales & Miniſtros, nec non quocunque alios quocunque tandem excogitabili dignitate fulgentes Laicos non tantùm graviffimè peccare, ſed Excommunicationem Papæ ſervatam ipſo Jure incurrere, ſi in cauſa Cenſurarum partes Judicis quoquo modo aſſumunt; quia vi Bullæ Cænæ univerſaliter ipſo factò excommunicati exiſtant, qui in cauſarum ſpiritualium cognitio ſe tanquam Judices interponunt. Et quidem in ſpecie I. ipſo factò excommunicati ſunt, qui Cenſuratos, præſertim nominatim Excommunicatos, & *Interdictos*, ut ad Divina audienda in Eccleſiis liberè conveniant, vocant, hortantur, inſiſtant, vel etiam pulſatis Campanis, aut voce Præconis convocant, vel omnino compellunt; ſicut etiam, qui alios præſertim ſubditos ſuos, ne etiam moniti tempore Divinorum, Eccleſia diſcedant, prohibent; ſicut etiam ipſi ibidem remanentes, textu expreſſo ſuprà *num. 235.* jam citato, & *Clem. Gravis. 2. h. t.* quam per commoditate Lectoris per extenſum hic referre, utile duxi, & ſic ſonat.

Gravis ad nos Prælatorum querela perduxit, quòd 229 Nobiles quidam, & Domini temporales (terris eorum Eccleſiaſtico ſubpoſitis iuradictio) nedum in locorum ſuorum Capella, ſed in collegiis, & aliis inſignium locorum Eccleſiis, Miſſas & alia divina Officia publice & ſolemniſter celebrari faciunt. Ad Officia eadem celebranda, nunc hos nunc illos vocantes, & interdum (quod eſt deterius) compellentes: hiſque non contenti exceſſibus, per campanarum noſſum pulſationem, ſed & voce præconis populos etiam *interdictos*, ut (*interdicti* non obſtante ſententiâ) ad audiendas Miſſas hujusmodi veniant, faciunt evocari. Nonnulli quoque ipſorum ſuis plerumque ſubditis, ne (*ſicut* excommunicationis, & *interdicti* ſententiæ publicæ ſint innodati) de Eccleſiis dum in iſtis Miſſis ſacris celebrantur ſolemnia, inſtantibus etiam celebrantibus, exeant præcipere non verentur. Ex quo frequenter contingit, quòd non ſine Dei offenſa, Clerici ac populi ſcandalo iſta Miſſarum ſolemnia remanent inexpléta. Ne igitur exceſſus ſi graves excedunt impunitate irahantur ab aliis in exemplum præſumptiores præſatos, qui locis *interdicto* ſuſpoſitis, quemquam de cætero divina celebrare officia quomodolibet cogere, aut qui modo prædicto ad officia eadem audientia alios excommunicationis præſertim, vel *interdicti* ligatos ſententia evocare, ſeu qui excommunicati publice, aut *interdicti* de Eccleſiis dum in ipſis Miſſis aguntur ſolemnia à celebrantibus moniti, ut exeant, prohibere; nec non excommunicatos publice, & *interdicto*, qui in ipſis Eccleſiis nominatim à celebrantibus, ut exeant, moniti, remanere præſumpſerint excommunicationis ſententia (à qua per Sedem duntaxat Apoſtolicam poſſunt abſolvi) ſacro approbante Concilio innodamus.

II. Ipſo factò excommunicati ſunt omnes illi 230 Domini ſæculares; eorumque Magiſtratus, Officiales, Judices &c. qui Cenſuram ab Eccleſiaſticis Ordinariis latam cognoscere, exaninare, judicare, nullam declarare, & publicare præſumunt (niſi nullitas ſit prout manifeſta & notoria, uti benè limitat Laymanus *lib. 1. tr. 5. p. 1. cap. 6. numer. 2.*) cum juxta Bullam Cænæ *§. 14.* omnes illi Excommunicationem ipſo factò incurunt, qui ſe de cauſarum ſpiritualium (qualis indidit itatè juxta omnes eſt cauſa Cenſurarum) cognitio tanquam Judices interponunt &c. etiamſi Imperiali, Regali, Ducali,

253 Resp. II. Si Suspendo, vel Interdictum latum est ad certum duntaxat tempus, aut donec hoc, vel illud fiat, aut praescribitur, elapso tempore, & praescripto adimpleto cessat, ut cum Glossa communiter recepta in *Clement. r. v. Donec de Decimis*, bene docet Abbas in *c. i. de iudicis Navarrus Manual. cap. 27. n. 161. Sylvester v. Interdictum. 3. n. 13. Covarruvias in c. Alina mater. p. 1. v. 11. n. 8. & alii.*

254 Quæritur q. an, quando, & qualem potestatem absolvendi à Censuris, & casibus Papæ reservatis ex Delegatione, Privilegio, vel Jure habeant Episcopi, Regulares, & alii Confessarii? Resp. ad hoc quaesitum jam patere ex *Tit. VII. de Hereticis §. 7. 8. & 9.* ubi occasione Absolutionis ab Haeresi, exigimus etiam de Absolutione à quovis alio casu tam Episcopis, quam Papæ reservato.

255 Et inter alia ex Privilegio concesso per Constitutiones Pauli III. Gregorii VIII. & aliorum, Regulares Mendicantes præsertim Ordinis nostri possunt absolvere ab omnibus peccatis & Censuris, puta, Excommunicatione, Suspensione, & Interdicto personali, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, solis exceptis casibus in Bulla Censuræ contentis, à quibus tamen suos Subditos Regulares absolvere valent Superiores, prout fufius probat Hyacinthus Donati *Tom. 1. part. 1. tract. 13. quæst. 17. & Tom. 2. tract. 11. quæst. 17. & 18.* ac novissimè noster Felix Potestas in suo *Examine Ecclesiastico Tom. 1. part. 4. cap. 5. n. 3376.*

256 Et quavis Clemens VIII. casibus Bullæ Censuræ etiam alios annumeravit, videlicet I. Extractionem reorum ex Asylis Ecclesiasticis contra Constitutionem Gregorii XIII. *Cum aliis*. II. Violationem clausurae Monialium ad malum finem castitati contrariam. III. Duellum proprium. IV. Percussionem Clericorum, vel Monachorum, quæ non levis sed gravis est. Et V. Simoniam realem, & confidentialem; ita ut sicut à casibus Bullæ Censuræ, ita etiam ab his nec Regulares, nec alii vi privilegii, vel alterius Juris absolvere possint Sæculares præter Romanum Pontificem; tamen Stoz in *Tribun. panit. lib. 2. g. 2. n. 60.* & alii observant, potestatem absolvendi ab his casibus prius concessam, non fuisse revocata à Clemente VIII. quoad Regulares extra, sed tantum intra Italiam.

257 Notandum tamen circa hæc Privilegia & potestatem absolvendi *primò*, quòd vi horum non possint absolvere à Censuris ab homine per sententiam specialem latis, per dicta *numer. 252.* neque ab *Interdicto locali*.

258 *Secundò*, quòd, etsi vi dictorum Privilegiorum Mendicantes pro Foro conscientia absolvere possint ab omnibus censuris à Jure, vel per sententiam generalem latis etiam reservatis Summo Pontifici (non item à reservatis Episcopo) tamen hæc absolutio in Foro externo non relevat, quin Censuram existentem notoriâ, vel jam deductam ad Forum contentiosum, *Censurati* adhuc debeant se habere pro talibus, ac puniri possint ut transgressores, si in aliquo violant Censuram.

259 *Tertiò*, Regulares vi dictorum Privilegiorum non posse absolvere à casibus Episcopo reservatis sine ejus licentia; neque ab ullo alio peccato aliquem sæculares sine approbatione Episcopi in aliqua Diocesi, juxta Omnes.

Sollim hic notandum I. Quòd prævio examine semel approbati simpliciter Regulares ab aliquo Episcopo, ab eodem examinari non amplius possint, ita decernente SS. Congregatione Cardinalium apud Landuscha *v. Confessarii n. 9.* Ubi etiam apud eundem Authorem in suo *Supplemento v. Privilegium*, poteris ad propositum videre Bullam Clementis X. incipientem *Superna &c.* ad editam 1670.

Item similiter notandum II. Quòd Regulares semel approbati ab aliquo Ordinario, quando tales

sunt in itinere, sive in terra, sive in mari, possint in qualibet Diocesi excipere Confessiones Sæcularium quorumcumque, etiam si ab Ordinario talis Diocesis non sint expressè approbati: Et hoc vel ex privilegio, prout tale pridem concessit Eugenius IV. Fratibus Minoribus, ac Gregorius XIII. Jesuitis, ubi tamen excipiuntur illa loca, in quibus Episcopus personaliter existit. Atque dictum privilegium adducunt Rodriguez *Tom. 1. q. Regul. quæst. 59. art. 5. in fine.* Compendium nostrorum Privilegiorum *v. Absolutio*, & novissimè quoque editio Romana Patris Landuscha anno 1700. *v. Confessarius num. 12.* illudque adhuc post Urbanum VIII. Alexandrum VII. & Clementem X. subsistere censent plures, etiam post dictos Pontifices scribentes, Jacobus Platellus *part. 5. Theologiae cap. 6. §. 3. n. 873.* apud me *fol. 382.* Bernardus Sannig *Tom. 3. Theologiae disp. 11. g. 4. n. 15.* Patritius Sporer *part. 3. Theologiae Sacramental. cap. 6. §. 1. n. 678.* Jacobus Wiest *lib. 5. Institut. Canonice. tit. 38. n. 36.* prope finem &c. Bulla autem Clementis X. *Superna &c.* in contrarium allegata commode forsitan intelligi possit, de stabilitate in aliqua Diocesi permanentibus, qui utique debent ab Episcopo illius loci approbati; non autem de transeuntibus tantum; nam cum Privilegium totum alicui Religioni à summo Principe concessum sit favorabile, sicque id, quod contra tale pugnat videtur, tanquam odiosum strictam patitur interpretationem, etsi etiam aliquo modo derogat Juri communi, ut cum Suarezio, Azorio, Bonacina & ipsomet Illung tenet Castropala *part. 1. Tract. 3. disp. 4. punct. 10. n. 5.* prout & ego statui in *1. Decret. Tit. 3. §. 5. n. 138.* Hinc possit præfatio modo Bulla Urbani VIII. & Clementis X. explicari, ut saltem quoad hoc punctum non obest valori dicti Privilegii. Vel, quod si etiam dicta Potestas absolvendi Regularibus Mendicantibus &c. aliquam Diocesis in itinere transeuntibus de facto non amplius conveniret ex Privilegio (prout aliqui cum Illung in sua *Theologia de Approbatione Confessarii Tr. 6. disp. 6. g. 6. art. 1. §. 3. nu. 176.* putent; aliter tamen cum la Croix *lib. 6. part. 2. nu. 1513.* apud me *fol. 863.* saltem de valore ejusdem habitant) adhuc tamen prædicta Potestas Regularibus Mendicantibus &c. competet in Germania Superiori (ubi scribo), & ex tacito consensu Episcopi, eo fermè modo, quo Regulares vi ejusdem abque scrupulo, scientibus & tacentibus Reverendissimis Ordinariis, ex suis Conventibus pergunt ad operationes spirituales, ibique excipiunt Confessiones, etsi ab Episcopo illorum locorum, ad quæ pergunt, expressè nunquam fuerint approbati, modo approbati fuerint ab Episcopo illius Conventus, ubi alias degunt. Et ita quoque censet Petr. Marchantius Belgia in suo *Tribun. Tom. 1. tract. 2. tit. 6. quæst. 4. resol. 2. ad finem.*

Quartò, vigore sæpè dictorum Privilegiorum non posse Regulares excipere Confessiones Regularium alterius Ordinis habentis statutum (prout ferè quavis Religio habet) ne Religiosi talis Ordinis confiteantur Religiosis alterius Ordinis, ut bene observat Rodriguez *Tom. 1. q. Regul. g. 60. art. 6. & 9. 62. art. 5.* Layman *lib. 5. v. 6. cap. 10. n. 20.* & alii. *org. Extrav. 1. §. Electi. v. Non Religiosos de Privilegio.* Et ratio est; quia Privilegio generali non derogatur particularibus statutis, aut consuetudinibus, nisi exprimat.

Hoc tamen intellige, nisi Religio aliqua etiam circa hoc speciale privilegium, aut statutum aliud habeat: prout teste Rodriguez *loc. cit. g. 62. art. 2.* habent Regulares Ordinis S. Dominici, ut pote qui ex concessione Innocentii VIII. à quovis etiam aliis reservato crimine absolvi possunt per quemvis

Con-

Confessarium, sive sæculares sive Regularem alterius Ordinis, quando de licentia superiorum sunt in itinere constituti: non item faginivi & Apollatæ.

262 Imò Layman *lib. 5. Tract. cap. 10. n. 30.* Rodriguez *Tom. 1. q. Regul. g. 62. art. 5.* & alii docent, omnibus Religiosis, dum in via constituti Confessarium sui Ordinis habere nequeunt, licetum esse, confiteri alicui vel Regulari, vel sæculari Confessario saltem cum obligatione sciendi se Superiori, vel ab eo delegato quoad casu reservatos.

263 In ordine tenent nostro specialiter observandam est statutum generale *cap. 7. §. 1. n. 4. Confessarii extra Ordinem presertim in necessitatibus articulo, & tunc de licentia Superiori per Apollatæ Consensum Fratris expressè prohibetur: ubi per necessitatis articulum non tantum articulus mortis, sed etiam quodvis probabile periculum illius intelligitur, quale esse censetur, irruente hoste, prædone, insone periculosæ navigatione, transitu per loca insidiis & latronibus obnoxia; Sanctus de Melfi in *Statutum. cap. 7. g. 6.* Item necessitas celebrandi Missam, quam quis sine scandalis aut notâ infamie omittit non potest, Melfi *loc. cit. Kerchove in Statuta generalia. cap. 6. §. 1. n. 13.* Portel *v. Confessarius ex Regibus Religiosis*, rectè dicens, in tali casu Regularem non tantum posse, sed & debere confiteri alicui Confessario extra Ordinem, sive Regulari, sive sæculari, si aliquem ex Ordine suo habere nequit; cum urgeat præceptum Divinum & Ecclesiasticum, & Prælati Regulares videantur esse contenti: siquidem per licentiam Superiorum in Statuto requisitam intelligitur generalis & præsumta. Melfi *loc. cit. Rodriguez Tom. 1. q. Regul. g. 62. art. 5.* Quin imò in licentia in articulo implicite continetur licentia confitendi in casibus aliis à Jure permittis, juxta Mirandam *Tom. 1. g. 38. art. 6.**

264 Inferius, quòd Collocantur, & alii itinerantes copiam Confessarii ex Ordine non habentes non tantum possunt, sed etiam debent confiteri Confessario alteri Regulari vel Sæculari, casu quo in peccato mortali cõsistunt Missam sine scandalis omittere non possunt; ita tamen, ut postea de reservatis deinde de actu coram Confessario Ordinis potestatem habeant.

265 Quòd notandum, vi sæpè dictorum Privilegiorum Regulares etiam ex suis non posse absolute à reservatis in suo Ordine. Quam autem sint casus reservati pro Ordine, constat ex Bulla Clementis VIII. qui, ne Prælati Regulares per indiscretum Zelum nimium reservando casus gravent Subditos, undecim passim in libris contentos specificavit, quos reservare Prælati Regulares possunt additâ clausula, ut si aliquos alios casus pro bono Religionis aut Provincie reservare velint, id quidem facere possunt, sed non nisi in Capitulo generali pro suo Ordine, vel Provinciali pro Provincia, ibi: *Cum materia disensionis & casus consensu Capituli generalis pro toto Ordine, & Capituli Provincialis pro tota Provincia.* Plura de Absolutione à Casibus reservatis vide apud Theologos & etiam Kerchove in *Statuta generalia cap. 7. §. 22.* Melfi in *eadem Statuta cap. 7.*

266 Porro circa Casus reservatos etiam notandum, quòd licet alicui cum Diacono, *1. 3. 4. Resol. 104.* Soto, Corduba, & aliis, satis probabiliter & tunc docent, eum, qui hic & nunc non habet copiam potentis absolvere reservatis, & nihilo minus conformiter dictis superioribus ex causa urgenti confiteri non teneri alteri potestatem reservatum, sed satisfacere, si alia non reservata constituit, cum proposito reservata, quampeccatum fieri potest, confitendi habenti potestatem absolvendi ab illis; cum nemo teneatur idem peccatum bis confiteri, tamen longè tutior, & in praxi meritò tenenda sit sententia dicentis, etiam in tali casu esse obligationem, reservata quoque confitendi, quatenus integritati Confessionis satisfiat, & Confessari interdicti ad reservatis absolvatur, prout videtur etiam apud Layman, Sporer *Theolog. Sacrament. p. 3. c. 6. §. 2. n. 757.*

Uterius notandum, in casu, quo poenitent bona fide accedit Confessione, ignorans se habere peccatum reservatum, vel parus Confessario competere fiscalitatem absolventem & confitetur reservatum, ferè perquam non teneri simpliciter Confessarium, ita Confitentem abque absolutione dimittere, & ad habentem potestatem alegare, sed potestatem, dum aliud præter reservata habet peccatum, ab hoc directè, & ab illis indirectè absolvere, atque ad celebrandum vel communicandum admittere, cum obligatione deinde confitendi reservata habent potestatem directè absolvendi ab eis. Gobat *Cyp. Clement. Judic. p. 2. Dec. 2. Sporer loc. cit. n. 767.* Ratio est quia videtur adesse aliquis saltem necessitas, videlicet, quia valde durum esset poenitent, ceteroquin ritè disposito, sine absolutione discedere, præsertim si præter reservatum habet etiam alia gravia peccata, simpliciter Confessario bona fide exposita, quæ deinde alii confiteri, valde difficile foret.

Quæritur V. Quomodo fieri possit, & quomodo fieri possit, & debet absolutio à Censuris? Item quid circa eam dandum

observare debeant absolventes præsertim Regulares? Resp. I. Absolutio à Censuris variè fieri potest, & scilicet: patet in inductione. Nam I. fieri potest absolute. II. Ad cautelam prout ad cavendam nullitatem subscripti Apollotici, Electiois, Beneficii dari solet. III. Sub conditione, v. g. *absolve te, si hoc aut illud feceris.* IV. Cum remissione, ita videlicet, ut si absolvens intra certum tempus, hoc aut illud non fecerit, vel si cessante periculo mortis, vel alio impedimento se non solvit, à quo aliis de Jure absolvi deberet, in similem Censuram, Excommunicationem v. g. iterum reincidat. V. Ad certum duntaxat effectum, v. g. *Censuram* testimonium ferre, vel alium actum *Censuratus* alius prohibuit exercere valeat; quo tamen casu Censuratus non ab ipsa Excommunicatione, sed ab aliquo ipsius effecta duntaxat liberari censetur. Pirhing *h. t. n. 165.* Layman *loc. cit.*

Resp. II. Absolutio à Censura non tantum intra, sed etiam extra Confessionem Sacramentalem etiam absenti & invito dari potest; nec requiritur ad eam certa verborum forma, sed sufficit qualibet voluntatem absolvendi fuisse inter explicans: solet tamen pro absolutio danda Absolutio ab Excommunicatione observari sequens Formula: *Absolve te à vinculo Excommunicationis quam incurristi propter N. (expri-matur Excommunicationis causa) & restituere S. Sacramenta & communione fidelium in Nomine Patris &c.* In Absolutione à Suspensione verò: *Absolve te à vinculo Suspensionis, & restituere S. Sacramenta, & restituere executionem Ordinum;* Si censura est dubia, servari solent hæc Formula: *Si tenueris aliquo vinculo Excommunicationis, Suspensionis, vel Interdicti, absolva te &c. in quantum possum, & ut indiget, in Nomine Patris &c.*

Si absolutio datur publicè & solemniter, præmitti solet aliquis Psalmus poenitentialis, & adhiberi certus ritus, c. A nobis *28. h. n. & in Pontificali*, vel etiam in Rituali Diocetano præscriptus.

Resp. III. Nullus neque in Foro interno, neque externo absolvi potest ab Excommunicatione vel alia Censura, nisi *Censuratus* prius satisfecerit parti læsæ, ob dandum, vel injuriam ratione cujus fuit excommunicatus c. *Sole. 2. h. n. & vel cum ea transactam, vel si hoc statim fieri nequit, sufficiens cautio per rigora, vel satisfactionem præstare, vel si nec ista ob inopiam vel aliam causam fieri potest, per Juramentum.* Layman *lib. 1. r. 5. p. 2. num. 8.* Abbas in *r. Qua fronte. 25. de Appellat. Sylvester v. Absolutio. 3. num. 3. arg. Authenti. Generaliter G. de Episcop. & Clerico.*

Et quavis Layman *loc. cit.* rectè tenet pro Foro interno, 270 spectat qualitate persone sufficere etiam nullam promissionem, vel fideli interpositionem *Censurati*, si censura est occultata etiam *loc. p. r. cap. 7. n. 7.* idem rectè monet. Regulares privilegiatos cavere debere, ne etiam pro solo Foro interno absolvantur alicui vi Juris communis, aut sententia generalis notoriè *censuratum*, v. g. Excommunicatum, vel cujus Excommunicatio jam fuit deducta ad Forum contentiosum priusquam parti læsæ satisfecerit; quia alias, si tali Reus sitem pro Foro interno absolutus jam existit, ab Ecclesia tam facile adigi non valet ad satisfaciendum parti læsæ, quòd bene observare habent Confessarii Regulares: quavis & in hujusmodi notoriè Excommunicatis circumstantiis suadere possint, ut ad solam præviam cautionem, vel promissionem absolutio pro Foro interno prænderi dari queat.

TITULUS XL.
De Verborum Significatione.
SUMMARIUM

- 1 Ratio Ordinis.
- 2 Inter Regular de intelligenda Verborum significatione sunt etiam sequentes. I. Verba intelligenda sunt cum effectu, non aliquid operentur.
- 3 II. Verba sunt intelligenda secundum subjectam materiam.
- 4 III. Sunt intelligenda, ut excludatur delictum.
- 5 IV. Verba clara non admittunt interpretationem.
- 6 V. Verba sunt intelligenda, ut non derogent quaesito Juri tertii.
- 7 VI. Et ut evitetur absurdum.
- 8 VII. Atque contradictio, vel correctio.
- 9 VIII. Verba sequentia accipiunt interpretationem à precedentibus, & eorum.
- 10 De aliis Regularis Remissione.

Constat sæpè dubitari de sensu, & significatione verborum Juris, hinc sicut in Jure Civili, ita & in Canonico integer positus fuit Titulus de Verborum significatione. Quoniam verò de hac multa jam diximus supra Lib. I. Tit. II. de Constitut. §. 25. 16. & 17. de Interpretatione Legum, & Regula in ea observandis, pauca hic afferemus ponendo aliquas Regulas ad intelligendam Verborum significationem.

Regula